

Q. N. 351, 34

De tempore ejusq[ue] 2^a relecto.

II m
706

Q. B. V.

PACE VESTRA;

SVMME REVERENDE PRAESVL;
EPHORI, PATRESQVE AC PATRONI
OMNI CVRA SVSPICIENDI,

MEMORIAM
RICHTERIANAM

OBSERVATVRVS, ORATIONE PIA
ET MODESTA

DICTVM PYTHAGORÆ:

IN SEPVLCHRO SACRATO DORMIRE PERICVLOSVM,

Io. GGDOLFREDVS BEYERUS, FREIBERG:

POSTRID. CAL. MART. A. dō 16ccxxviii,

H. L. Q. C. EXPONET,

QVEM VT BENEVOLE AVDIRE VELITIS;
ROGO, QVAESOQVE
VESTER EGO

M. SAM. MOLLERVS, G. P. R:

FREIBERGAE,

Litteris CHRISTOPH. MATTHAEL



Qui omnia bene ac sapienter constituit, *Tempus* quoque esse voluit Deus
 O. M. quod veluti cum istis rerum initiis, primaque cæli luce, natu-
 ram suam ipsam iniit: sic etiam ejusdem conversione, quæ mira qua-
 dam, perfecta, & nunquam, donec ea, quæ oculis cernuntur, dura-
 bunt, lege abolenda, ordinata est, formatur, & iustis pari intervallo
 sibi succedentibus dimensionibus constans, illud sibi, quod omnium
 sit antiquissimum, nomen meruit. Dignum illud, ad quod mentem uricæ suam con-
 verteret Pitracus statuit: cujus, referentibus Laertio, Clemente Alexandrino, Sido-
 nio atque Aufonio, perpetua hæc vox fuit: *Καιρὸν γινῶσι*. Quam cælitus quæssi-
 traditam sibi reliqui Sapientes arbitrati, hoc sibi vel maxime datum negotium statue-
 runt, uti in illud non magis, quid esset tempus, inquirerent, quam rectum ejus saluta-
 remque suis usum inculcarent. Quare etiam si quidem unquam quicquam Famæ par-
 ticeps factum fuit, hæc ipsa in tempore cumprimis consistere possit, quo nihil, si pre-
 tium æstimes, carius, si constantiam, nihil in ea perennitate velocius, si opera, nihil
 præstantius atque utilius, si naturam, nihil explicando videatur esse diffusius. Peri-
 pateticis illud dicitur *μέτρον εἶναι κινήσεως, καὶ ἀερισμῶς κατὰ πρότερον*
καὶ ὑστερον. Stoicis: *διάστημα τῆς τῷ κόσμῳ κινήσεως*. Utrosque autem
 in quæstionibus Platonice carpit Plutarehus, Platonem secutus, qui *χερόν* esse, ait,
αἰῶνος ἐικόνα κινήτην, καὶ τὴν τῷ ἄρανθ Φοράν. Quam vero & huic cum.
 aliis parum conveniat, illud Lipsius tradit Physiol. L. II. Diss. 24. Idecirco alii, quæ
 ad laudem ejus facerent, potius contulerunt, ejusdemque origines spectantes, illud,
τῷ ἄρανθ ὑϊόν, dixerunt; virtutem vero, perpendentes, *τῷ κόσμῳ ψυχάν*,
 ac si tandem, quæ produxisset, considerarent penitius, *πατέρα πάντων*, autore
 Pindaro, appellarunt. Tres ejus descriptiones, traduntur præcipue, præteriti, præ-
 sentis, atque futuri: sed cum tam illud, quod abiit, quam quod futurum est, minus
 nostrum esse videatur, præsens vero fluat semper ac præcipitur, ac ante fere desinat,
 quam veniat, prout Seneca, de Brevit. vita cap. 10, loquitur, quid inde definiri debe-
 at, facile apparet. Tamen & prudentis est, quævis temporis ejusdem momenta &
 æstimare, & adhibere rectissime; quod quidem, si nec otienur, nec prava, aut aliena
 faciamus, sedulo autem præterita cum præsentibus contendamus, atque ex his futu-
 ra, tanquam e specula, prospiciamus, ac eadem alio saltem in theatro, alioque persona-
 rum habitu agi, putemus, fieri possit commodissime. Ita vero vel eadem, vel a prio-
 ribus diversa, hoc seculo, vel in re sacra, vel publica, vel literaria, vel alibi etiam geri,
 observabimus; ita etiam mores, aut eosdem, aut immutatos, si consideremus, alia item
 atque alia inde semper evenisse, imo & tempora ipsa, quod ex rebus gestis nomen ac-
 cepisse, constabit. Sed quoniam illud, quicquid traditum ex istis fuit, non perinde
 evidens est, ipse Varro, eruditorum inter Romanos, ætate sua, facile princeps, id quod
 ex Censorino de die Natali cap. 21, patet, tria temporum discrimina constituit: pri-
 mum: *ἀδηλον*, usque ad cataclysmum, quod, si habuerit initium, sive semper fuerit,
 (quod ipse, sacrarum literarum expertus, haud novisse poterat accuratius,) certo anno-
 rum numero comprehendendi posse negat: Secundum a cataclysmo, usque ad Olympi-
 dem Iphiteam primam, quod in eo fabulosa referantur multa, *μυθικόν* appellat,
 idem-

idemque, quantum in re incerta sciri possit, annorum 1600 spatio describit: tertium, Ἰσοραίων, a prima olympiade, ad omnia, quæ successissent secula, eo sic dictum, quod ab hoc initio res gestæ historia certiore contineantur. Nec tamen quæ fide hic incorrupta tradita esse statuit, certa omnibus, atque indubitata visa sunt: ac ipse in Vita Numæ Plutarchus affirmat ideo difficile esse, tradere, quo quis veterum tempore vixerit, quoniam ex ὀλυμπιονίκων hoc sit æstimandum, quarum descriptionem sero admodum Hippias Eleus, qui circa Olympiadem XC floruit, tradidisset, nullo usus rei fundamento, cui fides necessario esset adhibenda. Atque jam ante hunc quis famosa ista, Poetis adeo cantata, ignoret secula? in quibus exponendis vel Aferæus ille Vates Hesiodus, vir, ut Patereulus statuit, perelegantis ingenii, & mollissima dulcedine carminum memorabilis, ingenium suum exercuit. Primam hic ætatem sinit auream, omni felicitate, ac tot bonis, quot vix excogitari possint, moriendi etiam necessitate remota, abundantem: alteram argenteam, nec piam adeo, nec sapientem, sed meliorem saltem consequentibus: tertiam aneam, camque Martiam, cujus usum ærumna fuissent ac injuria: quartam justiore, Semideorum, sed perpetuis tamen bellis, Thebano scilicet, atque Trojano, implicitam: quintam denique ferream, qua ipse se natum esse eo magis angitur, quod tum, livore, dolore maleficiisque ac injuriis serpentibus ac dominantibus, tot abhorrentes mala, Pudor ac Nemesis ad Deorum familiam abiissent. In Oper. ac Diebus L. I. Uti & hæc deinde ex metallis sumta ad feras ipsas, ac linguæ præcipue Romanæ tam nitorem & dignitatem, quam labem postea, vel ex fædo adulantium obsequio, vel continuo bellorum tumultu, vel barbarorum incurfionibus, vel etiam obrepente animis artium contemtoribus socordia, contractam, accommodata sint nomina, tam notum est, quam quod notissimum. Et si religionem videamus ipsam, a Christo, salutis nostræ autore, constitutam, perque scripta deinde ac manus nobis, cum ipsa alias acerrime impugnata & defensa, alias quodam modo deserta & inquinata, alias etiam repurgata & restituta esset, fide digna traditam, inde quoque seculis notas suas esse inditas, vel in Summario H. E. nobis quæsi domestico, summus olim atque celeberrimus Theologus pariter, atque Historicus Rechenbergius, Sect. I. c. 3, ostendit. Neque illud præterea dubium est per Principes ipsos tempora identidem, perque etiam tempora Principes factos esse famosissimos, sic tamen, uti ex rebus secundis ac lætis, læta item & secunda, eque adversis ac tristibus, tristia & adversa quoque, imo & ipsis posteris dira atque inauspicata omina consequerentur. Tanta Augusti Imperatoris, carcinomata ista familia, clademque Varianam, & alia quædam pauca si excipias, fuit felicitas, quantum nec ante, nec post eum, alius quisquam experius est. Imperabat Romanis, volentibus obsequi, domi ille amabilis, foris timendus erat, animo consiliisque respondebat successus, qualis vita fuerat, talis & mors tandem eveniebat, ac erat ea utriusque celebritas atque dignitas, ut quidam omne tempus, a primo die natali, ad exitum ejus *Seculum Augustum* appellari, atque ita in fastos referri cuperent. Sveton. c. 100. Parem reddere potuisset, si voluisset, virtutes istius ac mores, pari constantia, qua vitius se dederat, imitatus Calligula: sed, quasi avi sui fastidiret bona, malis potius nobilitari maluit, palam de conditione temporum suorum queri solitus, quod nullis calamitatibus insignirentur. Augusti principatum elade Variana, Tiberii ruina spectaculorum apud Fidenas memorabilem factum, sui oblivionem imminere prosperitate rerum. Atque identidem exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat. Svet.

QX T m 706

X 298 8106

Vol 18

in Vita ejus. c. 31. Quæ autem ille impatienter desiderabat, affatim Nero vidit: cum vero nec sic infortunii satis esset, urbem ipse tam palam accendit, ut plerique consulares cubicularios ejus cum stupa tædæque in prædiis suis apprehensos viderent, sic demum magis se, ac tempora sua nota fore, arbitratus. Sveton. c. 38. Atque si recte calculum ponamus, non solum ætates integræ, de quo nos recordari possumus, habent, sed anni quoque singuli, qui publice, privatimque, vel faciles, vel difficiles extiterunt: quorum autem rationes omnium inire, aut fata nobis, aliisque, grata pariter atque ingrata, exponere, res immensi laboris esset. Mensibus sua vel apud Germanos Carolus ille Magnus assignavit elogia, Graecos potius, quam Romanos secutus, quod hi ex numero partim, ad ordinem relato, sua iisdem fecerunt nomina. Sed velut Quintilis & Sextilis Julii pariter atque Augusti nominibus dedicabantur: Ita postea Tiberius Septembrem ab se Tiberium, Octobrem Livium vocari intercessit. Nero e contrario ipse Aprilem Neroneum, imo, si fieri potuisset, Romam Neropolim, Majum Claudium, Junium Germanicum, nuncupari percipiebat: Demitianus Octobrem Domitianum, Senatusque ipse Romanus, in honorem Antonini Pii, Septembrem & Antoninum, & Faustinum, dixit; ac adulatores Commodi, cum Augustum, Septembrem, Octobrem, Novembrem ac Decembrem explosissent, Commodum, Herculem, Invictum aut Aelium, itemque Exuperatorium, & Amazonium, familiaria eidem nomina, substituerunt, quod quidem ex Svetonio, Tacito, Capitolino, Lampridio, Herodiano ac aliis patere possit. Nec dies minus ipsi, quam quædam etiam ipsorum præterea partes caractere quodam suo signantur; noctes, diesque medios summo quidam vitant in rebus gerendis studio; diis olim superis sole oriente, inferis eodem occidente victimas quondam obtulit superstitionis antiquitas, quæ dies itidem ipsos postridie Calendas, Nonas, Idusque atros ac nefastos habuit, nec quicquam iisdem ardui operis auspicata est. Causam ejus, referente Gellio. N. A. L. V. c. 17. Verrius Flaccus in quarto de verborum significatione, allegat: Urbe, inquevis, a Gallis Senonibus recuperata, Luc. Atilius in senatu verba fecit, Q. Sulpitium Tr. militum ad Alliam adversus Gallos pugnaturum, rem divinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse. Tum exercitum Pop. Rom. occid. ore occisum, & post diem tertium ejus dici urbem, præter Capitolium, captam esse. Compluresque alios Senatores recordari sese dixerunt, quoties belli gerendi gratia res divina postridie, Calendas, Nonas, Idus a magistratu Pop. R. facta foret, illud bellum, proximo deinceps prælio, male administratum esse. Istitis diebus Idus etiam Martiæ annumeratae, quas Parricidium nominari placuit, quod C. tunc Caesar conjuratorum manibus confectus occubuerat. Svet. c. 88. Ipsique Augusto propria hæc fuit religio, ut etiam postridie Nundinas diem haberet infaustum & innominatum: fortasse ab eventu, quia aliquoties expertus esset, res tunc inceptas non vertisse bene, vel etiam ad imitationem istorum, quod ingeniosa & solers ipsa est superstitio, dumque timet, utrum satis fecerit, plus, quam deceat facere, satagit. Svet. c. 92. Dies lubens omitto, qui dicuntur critici; hoc dicto: feliciores dies fuisse alioquos præceteris personis quibusdam illustribus, imo & gentibus, de qua re Alex. ab Alexandro agit Genial. diæ. L. IV. c. 20. Lanienam Parisiensem sive Gallicam, Gallus ipse, magnus ille Thuanus detestatus, hoc Claudiani carbone, Bartholomæi diem, sive IX Calend. Sept. signat:

*Excidat illa dies ævo, nec posterâ credant
 Secula: nos certe taceamus, & obruta multa
 Noctæ tegi propriis patiamur crimina gentis.*

me

Q. N. 357, 34



De her...

So.



PACI
 SVMME REV
 EPHORI, PATRE
 OMNI CVI
 MEM
RICHTI
 OBSERVATVRV
 ET M
 DICTVM
 IN SEPVLCHRO SACRA
 Io. GGDOFREDVS
 POSTRID. CAL. M
 H. L. Q.
 QVEM VT BENEV
 ROGO,
 VES
 M. SAM. Mo

FRE
Litteris CHRIS



NI
M

